



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Cogitationes, Sive Considerationes Christianae Pro  
singulis Anni diebus**

Complectens Octobrem, Novembrem, Decembrem

**Nepveu, François**

**Monachii, 1709**

Dies 7. De Verme conscientiæ damnatorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60533](#)

fidentiae incitamentum, & sic assuescam in December,  
hac vita, cum ab inimicis meis premor, ad  
sanctissima tua vulnera confugere, ut ea  
mihi tunc perfugij, & asyli loco esse  
queant.

Cave, abutaris bonitate, & patientia Dei;  
cum id, quod nunc ansam temeritatis tibi praebet,  
olim tibi futurum sit desperationis causa.

Sicut Dominus ante lætatus est super  
vos, bene vobis faciens, sic lætabitur di-  
Sperdens vos. Deus. 28. 63.

Magna est severitas post judicium, cu-  
jus ante Judicium ineffabilis misericordia  
prærogata est. Aug.

---

## DIES VII.

### De Verme Conscientiae Da- mnatorum,

#### I.

Præter recordationem præteritorum  
& inutilem pœnitudinem, Conscien-  
tiæ Vermis, qui damnatorum manes in-  
desinenter rodit, complectitur etiam an-  
xietatem de statu præsenti, & crudelem  
desperationem de futuro. Hæc anxietas,  
& desperatio nascuntur è multitudine, &c

Q. 3

gra-

**December.** gravitate malorum, quibus liberari optant, & consideratione aliorum malorum adhuc majorum, quæ identidem ipsis intentantur, quæ evitare desiderant: timent enim, quidquid patiuntur, simulque omnia patiuntur, quæ timent: sed vident, omnia sua desideria esse inutilia, suamque infelicitatem nunquam esse finiendam. Altera anxietatis, & desperationis ipsorum causa est, quod, utut sint infelices, hanc tamen infelicitatem nemini, quam sibimet ipsis tribuere possint, at cana quædam voce assidue ipsis exprobrante: *Perditio tua in te Israel.* Id vel inviti agnoscere, & fateri cogentur. Et hoc veluti complementum ad illorum accederet misterias: si enim persuadere sibi possent, solum Deum earum esse causam, neque se quidquam ad eas contulisse, aliquid latenter inde caperent solatij.

H. Ex hac damnati desperatione nascentur venenatum sui ipsius odium, quod se consideret damnationis sive causam; furiosa quædam rabies eò ipsum adiget, ut se dilaceret, seipsum, si fieri posset, in nihilum, sed irrito conatus redacturus: recabit mortem, inquiunt sacræ litteræ, & fugiet ab eo. Optabit in nihilum redigi, ut infelix esse desinat; cùmque desideria sua in

*Osee 13. 9  
vide Cornel.*

in irritum cadere visuras sit, Deum aggre- December.  
dierit, veluti malorum luoram autho-  
rem, idcirco quod ipius conservator;  
vellet, ut illum destruere posset. Verum  
sentiet, aeternitatem, & summum domi-  
num Dei desiderio suo obstare, Deum  
que aeternum permansurunt, ut ipsum in  
omnem aeternitatem torqueat. Hinc  
rabiem suam converteret in supplicij sui in-  
strumenta, rabidi instar canis, & alliga-  
vi, qui lapidi, quo percutitur, dentes in-  
figit, cum malum inferre non possit per-  
cussori, nullo alio fructu, quam, quod  
dentes comminuat, & malum suum au-  
geat. Inde oritur angor infinitus, ab an-  
gore se vertet ad rabiem, a rabi ad de-  
sperationem, ad imprecations, & blasphemias.  
En funestum Reprobi statum in o-  
mne aeternitatem: Vae tibi! si eò dela-  
baris; nunc penes te solum est, ab eo tibi  
cavere.

III. *Quis non horreat*, inquit S. Bernar- Bern. de  
Confid.  
dus, *vermem illum semper mordacem, & mor-*  
*tem vivacem; felix ille, pergit S. P. qui*  
*in duricie cordis non querit conscientiae*  
*male affectae remediū, sed plerū ejus se mor-*  
*tibus exponit, dum adhuc vermis illius*  
*suffocari potest. Utinam ergo nunc ille*  
*ita te iodata, ut infestos morsus evitatu-*

*De Convers.*  
*Cleri. Idem.*

Q3

rus

**December** *rus eum opprimere cogaris, & dum te mordet, putredinem absumat, in conscientiæ latebras per peccata congestam, futurum alioquin fatelico vermi alimentum: absumat, inquam, putredinem, & se i sum, ne forte semper nutriendo redas immortalem, tuumque olim per omnem æternitatem supplicium, & carnificem.*

*Putredinem rodendo consumat, ut pariter & i pse coniuncti dur, ibid.*

*Prabe te attentum voci conscientiæ tue, & ejus exprobationibus sensibilem, nunc, cum salutem tibi accersere possunt; peccatis renunciando, quæ earum sunt causa.*

*Vermis eorum non morietur. Isa. 66: 24.*

*Optimum est, nunc sentire vermem, cum possit etiam suffocari. Bern. de Convers. Cler.*



DIES